



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ,
Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice
Methodum compendiarium reformationis Ecclesiasticæ à Concilio
Tridentino factæ continente

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1679

Cap. III. De Mediis ad finem ultimum obtinendum necessariis in specie.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48233](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48233)

quod quilibet baptizans evidenter sciat, se legitime baptizasse infantem, & ex altera parte per fidem habeat, eos, qui legitime baptizantur, in gratia constitutos esse.

IX. Q. 9. *Quis fructus ex hac materia de gratia reponendus sit à Theologo?* Resp. triplicem præcipuè. Primus est, ut illud S. Joannis 1. c. 3. in memoriam revocans; *Quæ, qualem caritatem dedit nobis Pater, ut Filii Dei nominemur & sumus*: agnoscat grato animo hoc beneficium, atque adeo gratiam non modò sollicitè conservare, sed etiam quotidianis augmentis tum per Sacramentorum frequentiam & legitimum usum; tum per actuum supernaturalium crebrum exercitium augere studeat. Secundus est, ut cum ex una parte animarum sibi curam commissam esse agnoscit; ex altera verò parte necessitatem gratiæ ad salutem animarum agnoscit, juxta Christi summi Pastoris exemplum, omnem conatum & laborem impendat, ut animas sibi commissas vel in statu gratiæ conservet, vel, si amiserint in eandem, reducat, sicque dicere olim cum Christo patre: *Pater, quos dedisti mihi, custodi vi, & nemo ex iis perit*, Jo. 17. Tertius est, ut, dum necessitatem gratiæ actualis ad actus supernaturales eliciendos, fructumque adeò in animarum salute faciendum agnoscit, hanc gratiam tum per studium orationis studium, tum per alia media constanter & efficaciter obtinere studeat, atque hunc in finem illud Christi saluberrimum monitum semper in mente habeat: *Ego sum vitis, vos palmites: qui manet in me, & ego in eo, hic profertur multum; quia sine me nihil potestis facere.*

CAPUT III.

DE MEDIIS AD FINEM VLTIMUM
OBTINENDVM NECESSARIIS
IN SPECIE.

Horum mediolorum nomine potissimum virtutes Superiores naturales intelliguntur, quæ quidem à S. Thoma & aliis Theologis rectè in Theologicas & Morales dividuntur, de quibus in hoc capite, quid Theologi Scholastici doceant, breviter indicandum erit; nam pleraque, quæ de iis dici possunt, à Theologis etiam moralibus explicantur.

ARTICULUS I.

De Theologicis Virtutibus;

De his tria potissimum quæri possunt. 1. Quid in genere. 2. Quid quælibet illarum in specie exigat. 3. Quid sit necessitas earundem, quæ quidem quæstiones in sequentibus §§. resolventur.

§. I.

De Essentia Virtutum Theologicarum in genere.

I. Q. 1. *Quid sit Virtus Theologica?* Resp. ex S. Theologia eam nihil aliud esse, quam Habitum infusum per se bene disponitur in ordine ad ultimum finem, cuius objectum formale sit Deus ut Author supernaturalium. Vel brevius, esse Virtutem Supernaturalem infusam, cuius proprium objectum sit aliqua divina perfectio. Quæ definitio ut melius intelligatur, sciendum est ens supernaturale Theologicum in hoc consistere, quod ex intrinseco prædicato ordinat naturam intellectualem formaliter vel tanquam medium ad felicitatem æternam, quæ per Visionem beatitudinis possidetur. Atque in hoc potissimum sensu supernaturalitas in allata definitione accipitur; non autem in sensu Philosophicæ supernaturalitatis, quæ in eo consistit, quod Deo ut supremum Dominium & potestatem dispensationis habente procedat, virésque tam activas, quam passivas agentis creati excedat.

II. Q. 2. *Quot sint Virtutes Theologicae?* Resp. Tres duntaxat numerari à Theologis scilicet Fidem, Spem, & Caritatem; hæ namque sufficient, ut Deo tanquam finem ultimo adhaereamus, dum per Fidem cognoscimus, per Spem concupiscimus per Caritatem apprehendimus, & possidemus ipsum.

III. Q. 3. *Qua sit specialis prerogativa harum virtutum?* Resp. hanc præcipuè, quod quælibet Deum in ratione objecti formalis præferat omnibus in contrarium morventibus; nam Fides præfert veracitatem Dei omnibus cogitantibus

meritum gradentibus illi, quod Deus dixisse creditur. Spes
probabilitatem objecti in divina promissione fundatam o-
mnibus in contrarium inclinantibus præfert. Caritas de-
nique præfert Deum omnibus ab amore illius avertere eo-

IV. Q. 4. Quis sit ordo inter Virtutes has Theologicas

Resp. hunc plerumque statui à Theologis, ut ordine qui-
dem dignitatis & intentionis Caritas prima censeatur; ordi-
ne verò executionis & necessitatis Fides omnes duas antecede-
at, cum hæc sine spe & Caritate subsistere, non autem istæ
sine Fide manere possint; quam ipsam ob causam etiam Spes
Caritati anteponitur.

ARTICULUS II.

De Essentia Fidei.

I. Q. 1. Quid de Virtute Fidei potissimum sciendum
se Resp. Quatuor præcipuè. 1. Quid sit Fides. 2. Quo-
modo sit. 3. Quod sit subjectum illius. 4. Quæ vitia eidem
opponantur, quæ proinde quæstiones breviter hoc loco re-
solvuntur. Quare

II. Q. 2. Quid sit Fides? Resp. esse habitum super-
naturalem ad assensus certos & firmos ob auctoritatem DE I
obscure revelantis eliciendos inclinantem; unde objectum
ipsius materiale est omnis veritas revelabilis, præcipuè ve-
ro ipse Deus, & vita æterna, quæ objectum attributionis re-
spectu huius habitus statuitur, quibus à quibusdam Recen-
toribus etiam Christus pro objecto partiali principali ad-
scribitur; alii tamen cum Tannero to. 3. d. 1. q. 1. dub. 2. ut
solum Deum pro adæquato objecto attributionis assi-
gnant, & hanc sententiam S. Thomæ menti conformiorem
esse contendunt. Objectum verò formale juxta communio-
nem sententiam S. Thomæ & aliorum apud Tann. l. c. du. 3.
n. 1. & seq. est partim ipsa veracitas divina, partim locutio
Dei tum interna (seu conceptus, quem Deus format de ve-
ritate credenda) tum externa (seu signa externa, quibus
conceptum suum manifestat) eaque obscura, atque, ut idem
Auctor cum multis contra multos existimat, etiam privata,
qualis interdum Sanctis quibusdam facta est, cum in hoc

etiam certitudo infallibilis reperiatur. Ut autem elicipi
sit hic actus Fidei, sequentia requiruntur. 1. Iudicium
pernaturale de evidentia tali credibilitatis, ut procedat
quis negare nequeat hoc objectum à Deo revelatum, et
adeò credendum esse. 2. Pia affectio voluntatis, quæ
peret intellectui assensum firmum fidei; & obtinetur per
notas Ecclesiæ, seu motiva credibilitatis sufficienter propo-
sita, de quibus in Institutionibus Polemicæ Theologiæ
suis est actum.

III. Q. 3. *Quotuplex sit Fides?* Resp. duplex præcipue
terna, & Externa. Interna est, quæ per internum actum peragitur.
Externa, quæ externo aliquo signo manifestatur, de qua
duplici fide S. Paulus ad Rom. 10. ait: *Corde creditur ad iustitiam,
ore autem confessio fit ad salutem*: Circa quam etiam
notat Tannerus q. 7. dub. 1. aliud esse credere Deum, aliud
credere Deo, & aliud credere in Deum; nam per credere
Deum significatur habitudo, quam habet intellectus ad ma-
teriale objectum Fidei; per credere Deo significatur habitudo,
quam ad formale objectum habet; per credere in Deum
significatur habitudo, quam habet actus fidei ad actum volun-
tatis, per quem imperatur, & refertur ad Deum; unde
credere Deum, & credere Deo etiam malis competit, non
item credere in Deum.

IV. Q. 4. *Quod sit subiectum Fidei?* Resp. 1. Sub-
iectum proximum habitus fidei inadæquatè spectati, prout est
nudus assensus, esse solum intellectum; si verò adæquatè
spectatur, prout etiam habitum piæ affectionis imperantissimum
sensum involuit, tum ipsa etiam voluntas subiectum inadæ-
quatum rectè dicitur, cum habitus iste piæ affectionis (quæ
Tannerus n. 16. cum Suarezio ab omni Virtute distinctum
esse dicit) in ipsa voluntate immediatè recipiatur. Resp. 2.
Subiectum remotum Fidei divinæ esse omnem purum homi-
nem aut Angelum Viatorem, non autem Christum, aut Be-
atos, ac damnatos, quamvis hi ultimi acquisitum aliquem
habitum Fidei naturalis habere possint.

V. Q. 5. *Quid de proprietatibus seu accidentibus fidei
doceant Theologi?* Resp. sequentia ferè. 1. Habitum Fidei
simpliciter Speculativum esse, utpote cujus primum ob-
jectum sit Deus revelans & loquens; licet secundum quod
præ-

prædictus dici queat ob veritates, quas circa obligationem actionum humanarum cognoscit. Ita Tann. q. 6. dub. 2. Habitum Fidei etiam prout in solo intellectu situs est, & informis seu absque caritate in subjecto existens esse veram & essentialiter perfectam virtutem, cum ut sic etiam à prudenti electione dirigatur, & ad salutem æternam ordinetur, itaque adeo bonum reddat habentem. Ita iterum Tann. l. c. Eandem habitum inclinare ad actus certitudine tam essentiali, quam affectiva certiores quocunque assensu physici vel moraliter evidente, uti cum S. Thoma communiter Theologi docent. 4. Habitum fidei probabiliter etiam elicitivum esse, uti communiùs hodie Recentiores docent contra non paucos ex antiquioribus Theologis. 5. Probabilem quoque esse sententiam Tannerii q. 1. du. 6. & multorum aliorum docentium, quòd habitus fidei elicere possit actum fidei cum evidentia in attestante, vel evidentia abstracta veritatis intrinseca conjunctum; licet non pauci etiam hoc ipsum negent. 6. Habitum Fidei habere intrinsecam repugnantiam cum falsitate, ita ut neque per absolutam Dei potentiam ad falsum inclinare possit, cum Concilium Tridentinum absolute asserat, Fidei non posse subesse falsum. 7. Tam ipsum habitum Fidei, quàm prævium iudicium credulitatis, & piam voluntatis affectionem debere quoad substantiam esse supernaturalia, cum passim in S. Scriptura vocetur Fides donum Dei, sine quo nemo venit ad Deum; iudicium verò & pia affectio proportionata esse debent.

VI. Q. 6. *Quanam vitia Fidei sint opposita?* Resp. dicitur vitia Fidei Infidelitatem opponi, prout non tantum eandem Fidei præcepta in subjecto apto, sed etiam quamcumque positivam repugnantiam cum assensu vel habitu Fidei comparat; de qua sequentia tradunt Authores. 1. Infidelitatem hanc immediate quidem in ipso intellectu tanquam in subjecto, in voluntate autem tanquam in generali principio omnis peccati subjectari. Ita Tann. q. 8. dub. 2. cum S. Thoma q. 10. a. 2. 2. Eandem esse semper peccatum mortale, & quidem gravius quocunque peccato contra virtutes morales, non item contra Theologicas admissio; uti iidem cum communiter docent, licet non negent, posse interdum ex circum-

cumstantiis peccatum aliquod contra Virtutes morales gravius esse infidelitate; imò ceteris paribus de facto peccatum Fidelium gravius esse, quàm Infidelium. 3. Tres à S. Thoma q. 10. a. 5. & aliis Infidelitatis species assignari; eò quod ea vel repugnet Fidei nunquam susceptæ, & tunc *Paganismus* vocetur; vel repugnet Fidei tantùm in figura susceptæ, & tunc *Judaismus* appellatur; vel repugnet ipsi Fidei in re susceptæ, & tunc *Hæresis* vel *Apostasia* vocetur. Alii tamen rationem triplicis hujus speciei ex fide in Messiam delictum dicuntque, Paganos esse, qui nec venisse, nec venturum credunt Messiam: Judæos, qui venturum, non autem venisse credunt: Hæreticos, qui venisse quidem credunt, sed non omnia, quæ credi ipse præcepit, credunt. 4. Nullum quidem opus in infidelitate peractum de condigno meritorium esse (eùm hoc ipso, quòd fide careant, etiam gratiam habere non possint) non tamen omnia Infidelium opera peccatis annumeranda esse, sed posse ab illis opera quædam honesta fieri, quibus de congruo aliqua bona temporalia mereantur, ut communissimè cum S. Thoma sentiunt Theologi.

§. III.

De Essentia Spei.

I. Q. 1. *Quid de Virtute hac potissimum sciendum sit* Resp. Sequentia præcipuè. 1. Quid sit. 2. Quos actus involvat. 3. In quo subjecto reperiat. 4. Quæ vitia illi sunt opposita; quæ omnes quæstiones nunc breviter resolventur. Itaque

II. Q. 1. *Quid sit spes?* Resp. cum Tannero d. 1. q. 1. dub. 1. esse Virtutem Theologicam, quâ voluntas nostra efficaciter tendit in Deum, ut est suprema beatitudo nostra legitimis mediis, Deo opitulante, possibilis obtineri. Vel, ut alii brevius definiunt, est expectatio certa beatitudinis ex Dei gratia & nostris meritis obtinendæ. Unde objectum materiale Spei primarium est ipse Deus, qui est beatitudo nostra, item visio beatifica, in qua consistit nostra beatitudo; secundarium verò objectum sunt omnia media ad dicendam beatitudinem obtinendam conducentia. Formale verò

objectum Spei est idem Deus quatenus bonus nobis, seu bonitas respectiva Dei per ardua media possidenda, ita tamen, ut arduitas hæc sit conditio tantum, & non ipsa ratio formalis Spei.

III. Q. 3. Quos actus involvat Virtus Spei? Resp. sequentes præcipuè involui. 1. Cognitionem supernaturalem Fidei, quæ Deum ut bonum nostrum cum divino auxilio acquisibile proponat. 2. Amorem supernaturalem, quo Deus ut bonum nostrum amatur. 3. Efficax desiderium, quo idem Deus, ut est beatitudo nostra, desideretur.

IV. Q. 4. In quo subiecto Spes recipiatur? Resp. subiectum proximum esse ipsam voluntatem, in qua desiderium, quod proprius & præcipuus actus Spei est, subiectatur. Revertitur verò subiectum spectando secundum S. Thomam q. 11. a. 2. & communiorem sententiam, teste Tann. n. 48. in omnibus necdum in termino ultimo constitutis hominibus subiectari; nullo autem modo in Christo, aut Beatis, aut damnatis; eò quòd hi beatitudinem impossibilem sibi esse sciunt, Beati verò sibi aut aliis beatitudinem corporis non voluntate Spei, sed ex caritate erga Deum super omnia amant appetant; licet non pauci ex Recentioribus etiam in Beatis & Christo habitum Spei quoad substantiam manere existiment, eò quòd secundarios saltem quosdam actus v.g. gaudium de adepta beatitudine exercere possit.

V. Q. 5. Quanam vitia sint opposita Spei? Resp. duo præcipuè; per excessum *presumptio*, quæ quis præsumit, vel sperat, se beatitudinem alio modo, quàm quo Deus eam dante decrevit, obtenturum; per defectum verò *desperatio*, quæ quis beatitudinem tanquam bonum nimis difficile refugit, neque adeò ab ejus procuracione desistit, de qua potissimum quaeritur à Theologis, an licitè concipi posset ab eo, cui Deus suam damnationem revelasset? & respondent communiter affirmativè, cum Spes nitatur iudicio de possibilitate obtinendi objecti, quale iudicium cum inposito causa non adesse supponatur, meritò omne beatitudinis desiderium omitti possit.

§. IV.

De Caritatis essentia.

I. Q. 1. *Quid de Caritate sciendum sit?* Resp. scilicet tria præcipue. 1. Quid sit. 2. Quod sit subjectum illius. 3. Quomodo augeatur, & corrumpatur. 4. Quis ordo. Quæ vitia opposita; quæ quæstiones breviter nunc resolvendæ sunt. Itaque

II. Q. 2. *Quid sit caritas?* Resp. esse virtutem supernaturalem, quâ Deus diligitur propter se, & proximus propter Deum. Unde objectum illius materiale primum est ipse Deus, secundarium verò homo & cæteræ creaturæ, quatenus sunt imago Dei, vel alio modo ad ipsum pertinent. Formale verò objectum est ipsa bonitas Dei, non quatenus amanti homini, sed Deo amato bona est. Etsi verò Scholasticæ negent hanc virtutem esse à gratia distinctam; Theologice tamen cum D. Thoma æquè probabiliter affirmant, quòd Gratia sit velut natura animæ, atque adeò conveniat ut, sicut reliquæ duæ virtutes Theologicæ velut potentie ad eandem distinguuntur; ita idem quoque de habitu caritatis dicatur. Hoc tamen plerique libenter concedunt, Caritatem, quâ Deus diligitur, non esse distinctam realiter à caritate, quâ Proximus diligitur, cum in utrumque caritas eodem objecto formali feratur. Licet Lessius l. 2. de just. c. 36. du. 2. & alii Recentiores apud Tann. n. 57. existimarent dari adhuc in hominibus aliam virtutem supernaturalem amicitie erga Proximum, quâ ille non propter participationem naturæ divinæ ut sic, sed absolute propter bonitatem suam supernaturalem diligitur, quæque adeò non Theologica, sed moralis virtus infusa dici debeat.

III. Q. 3. *Quod sit subjectum Caritatis?* Resp. proximum subjectum esse ipsam voluntatem, cujus proprium est bonitatem appetere; remotum verò subjectum esse Christum & omnes homines tam in via, quàm in patria constitutos, exceptis damnatis; imò eundem habitum continentem in via & Patria, nec esse specie distinctum, ut S. Bonaventura alii existimarunt, probabilius docent S. Thomas, & cum communiter alii Theologi.

IV. Q. 4. *Quomodo producat, augeatur, & corrumpatur Caritas?* Resp. 1. Productionem quod attinet, tam à solo Deo physicè produci, animæque infundi; meritorie, tamen ab homine per propriam dispositionem causari, uti S. Thomas & reliqui Theologi docent. Resp. 2. Possibile quidem caritatem semper augeri in hac vita, uti S. Scriptura variis in locis indicat hortans, ut caritas nostra magis ac magis abundet; non tamen pervenire posse ultra terminum; quatenus Deus cuius per prædestinationem præfixit. Et si verò non desint, qui putent, hoc augmentum non nisi per incrementum gradum fieri, quàm sit habitus præexistens, probabilis tamen à communi sententia docetur, quovis actu, quantumvis remisso, augeri meritorie caritatem, eò quòd melior operis ad merendum non tam pendeat ex quantitate operis, quàm dignitate & affectu operantes. An verò quivis gradus secundum totam latitudinem suam augeat caritatem, aut actus ut quatuor gradibus intensus augeat caritatem, incertum est, teste Tannero n. 146. Resp. 3. Caritatem semel productam nunquam proprie imminui, ita ut aliqui gradus aliquis permanentibus destruantur (cùm nulla hujus destructionis causa afferri possit) sed ex toto duntaxat amitti posse, id quod per quodvis peccatum mortale contingit, ita tamen ut non physicè per illud destruat, quemadmodum aliquæ & nonnulli alii apud Tann. n. 162. volebant, sed demeritorie & demeritorie tantum, quatenus repugnat caritati, & sic meretur, ut Deus per subtractionem sui concurrat destruat caritatem.

V. Q. 5. *Quis sit Ordo caritatis?* Resp. hunc præcipue constituit à Theologis, ut ante omnia Deus, deinde anima nostra, & Proximi, & tandem corpora utrorumque ordinem diligantur, & semper spiritualia prius, quàm in corpore bona procurentur. Reliqua, quæ ad hunc ordinem spectant, apud Theologos morales videri possunt.

VI. Q. 6. *Quæ sint vitia Caritati opposita?* Resp. quemadmodum ad caritatem præcipue pertinet erga Deum dilectio, & conformatio voluntatis cum divina, ac gaudium; erga Proximum verò misericordia, & correctio fratrum, ac concordia in consensione voluntatum consistens; ita & contrario eidem opponi odium Dei & proximi, Acediam;

Iavi-

Invidiam, Discordiam, Contentionem, & Bellum, de quibus itidem fufius Theologi morales difcunt.

§. V.

Quæ fit neceffitas Virtutum Theologicarum.

I. Q. 1. *Quæ fit Fidei neceffitas?* Refp. omnibus ad salutem necessitate medii neceffarium esse actum aliquem Fidei, id est, divinæ, cum, teste Apostolo ad Hebr. c. 11. impossibile est, sine Fide placere Deo; & Concilium Tridentinum Sess. 6. cap. 6. dicat, Fidem humanæ salutis initium, fundamentum, radicem esse; & per se congruum fit, ut, sicut homo iustitiam amisit, serpenti potius credendo, quàm Deo; ita eandem non recuperet, nisi captivando intellectum in obsequium DEI. Etsi verò non pauci hodie doceant, explicitè duntaxat articulos neceffitate medii credendos esse, scilicet, quòd existat Deus, & inquirentibus se remunerator sit, probabilis tamen est sententia eorum, qui, teste Tannero op. cit. du. 2. n. 42. & seq. etiam SS. Trinitatis, aliorumque angelorum ad divinitatem & Incarnationem pertinentium fides explicitam esse neceffariam volunt. Quæ verò neceffitas præcepti credenda sint, & quando confessio externa obliget, apud Theologos morales videri potest.

II. Q. 2. *Quæ secunda virtutis Theologica, videlicet Spei fit neceffitas?* Refp. ad Justificationem Adulterum scilicet, per præter Fidei actum etiam actum Spei esse neceffarium, ad hoc enim Fides neceffitate medii est neceffaria, ut ad spei eliciendam juvet. De reliquo etsi tempus determinationis spei hujus eliciendæ assignari non possit, conveniunt tamen Theologi, quòd non diu debeat differri post perfectam propositionem beatitudinis, & saltem in confuso retributio supernaturalis speranda fit.

III. Q. 3. *Quæ tertia virtutis Theologica, scilicet Charitatis fit neceffitas?* Refp. neceffitate quidem præcepti Deum appetitativè summè, non tamen intensivè, nec semper actum, sed tantùm in certis casibus, esse amandum, quales casus juxta communiorem sententiam sunt, si rationis usus obstat.

entis, & Deus super omnia amabilis sufficienter propositus est. Item si ingruenti gravi tentatione foret periculum, ne in odium Dei quis labatur, nisi contrarium actum caritatis eliciat.

IV. Q. 4. *Quis fructus ex hac de Virtutibus Theologica materia à Theologo hauriendus sit?* Resp. duplicem præcipue hauriendum esse. Primus est, ut agnoscat beneficentiam Vocationis ad Christianam Religionem, per quam ipsi occasio ad præstantissimas has virtutes participandas est facta, ideoque per dignam cooperationem gratum se exhibere, diuersasque Virtutes conservare studeat. Secundus est, ut, cum sine cognitione, desiderio, & amore boni cuiuspiam vinculum non possit, ad Deum potiùs velut præstantissimum bonum, imò fontem omnis boni cognoscendum, desiderandum, & amandum per triplicem hanc Virtutem se convertat, semperque meminerit noti proverbii: Dulcius ex ipso fonte manant aquæ.

ARTICULUS II.

De Virtutibus Moralibus.

De his partim Ascetæ & Ethici, partim Theologi moralibus agunt, utpote quæ magis ad praxin, quàm speculationem ordinantur; quare Theologi Scholastici plerumque solam Justitiam, quæ plerasque quidem materias præcipuas, non paucas tamen multùm controversas, atque Scholastica discussione dignas continet, pertractandum præsumunt. Unde breviter hæc tota materia expeditur, prædicabitur magis, quàm explicabitur.

§. I.

De Virtutibus moralibus in genere.

I. Q. 1. *Quid sit Virtus moralis?* Resp. esse virtutem naturalem ad dirigendos hominum mores seu actus humanos ordinatam; cum enim *mos* ex propria sua institutione ordinem actibus introductam significet, homines autem inter se per actus humanos tanquam sibi proprios agere consueverint, merito nomen *morum* iisdem attribuitur à Theo-

Theologis. Alii tamen Virtutem moralem brevius enunciant esse, quæ circa bonum morale sive honestum versatur.

II. Q. 2. *Quot sint Virtutes morales?* Resp. quatuor præcipuè numerari, Prudentiam scilicet, Justitiam, Fortitudinem, Temperantiam; cujus numeri ratio hæc reddenda est. Vel enim virtus circa morale bonum versans hominem instituit ad seipsum, vel ad alterum; si prius, tribus virtutibus indiget, scilicet Prudentiâ, quæ agnoscat, quid sit, quid rectam rationem agendum sit; Temperantiâ, quæ moderet affectiones Naturæ concupiscentis; & Fortitudinem, quæ compescere possit passiones irascentis; Si posterius, solâ Justitiâ indiget, utpote quæ plures habitus sub se comprehendat, qui hominem cum aliis bene componant.

III. Q. 3. *Quare Virtutes hæc Cardinales seu Principales vocentur?* Resp. ideo eas sic appellari, quia Cardines humanæ vitæ instituendæ in his quasi cardinibus quiescere solent, & ab harum principiis omnes reliquæ virtutes emanant, ideoque ad eas vel tanquam partes subjectas spectant, vel tanquam partes integrantes; vel denique ut partes virtutis morales, in quibus inadæquate saltem virtutis moralis apparet, revocantur.

§. II.

De Prudentiæ Virtute.

I. Q. 1. *Quid de Prudentiâ præcipuè sciendum sit?* Respondeo sequentes ferè à S. Thoma & Theologis de ea quaestiones præcipuas. 1. Quid sit. 2. Quinam sint actus illius præcipui. 3. Quotuplex sit. 4. Quomodo se ad reliquas Virtutes habeat. 5. Quod sit subjectum illius. 6. Quæ vitia illi opponantur. 7. Quæ media adhibenda sint ad eam accipiendam. Ad quas quaestiones hoc loco breviter respondebo.

II. Q. 2. *Quid sit Prudentiâ?* Resp. breviter à S. Thoma nullis eam definiiri rectam agendorum rationem, quæ in quovis negotio occurrente, quid agendum, vel occurrendum sit, cognoscimus. Unde rectè notant aliqui, eam non ferre ab aliis virtutibus moralibus per hoc, quod licet quoque cum recta ratione eliciantur, non tamen hinc

ipsam rationem, seu non sint ipsa ratio, eò quòd non sint in intellectu, sed voluntate sitæ. Quam ob causam Aristoteles dixit, eam esse cum vera ratione activam, id est, per veram rationem activam, seu ipsam rationem agibilem. Unæ patet objectum materiale Prudentiæ adæquatum esse singularia agibilia non tantum quoad substantiam & in genere (quod hæc enim cognoscenda Synderesis seu habitus primorum principiorum datur) sed etiam in particulari & quoad circumstantias. Objectum verò formale esse ipsam conformitatem agibilem cum recto appetitu. Quam ob causam Prudentia sit per se virtus intellectualis, non tamen formalis quid tantum, sed simpliciter virtus dicitur, & inter ceteras morales numeratur, eò quòd intellectum non numerat, sicut ars & scientia, sed in ordine ad voluntatem, quam movet, & ad bonum honestum impellit.

III. Q. 3. Qui sint primarii actus & functiones Prudentiæ? Resp. tres præcipue numerari, quorum primus vocatur *Evolutio* seu *consultatio* de mediis ad finem conducentibus. Secundus *iudicium* appellatur, quo concluditur, quæ adhibenda sint; & si quidem hoc iudicium secundum communes regulas fiat, *Synesis*; si verò ex ratione æqui & adstricti ad stricto tenore verborum legis, *Gnome* vocatur, cui in voluntate virtus *Epychia* respondet. Tertius de præcipuis Prudentiæ actibus *Imperium* est, quo ipse principum electorum usus imperatur, estque juxta probabilem Lessii, Tannerii & aliorum sententiam ratione tantum distinctus à *Judicio*, eò, quòd tantum ipsam motionem voluntatis connotet, quam connotationem ipsum *Judicium* involvit; ob quam causam Thomistæ distinctum actum contendunt.

IV. Q. 4. Quoruplex sit Prudentia? Resp. I. Propter quod immediatè eam dividi in *Personalem* (quæ aliis nominibus etiam particularis ac *Monastica* appellatur) & *Generalem*, quarum illa ad bonum proprium, ista ad bonum commune procurandum ordinatur, iterumque in *Politiceam*, quæ bonum civitatis vel regni curat; *Oeconomicam*, quæ ad bonum Familiæ ordinatur; & *militarem*, quæ bonum exercitus respicit, subdividitur; sicut & *Politiceam* & *Oeconomicam* iterum in *regniaviam*, quæ est in Rectoribus; &

Politica strictè acceptam, quæ est in Subditis dividit. Pro partibus integralibus octo ei attribui, videlicet *memoriam*, quâ experientiam ex recordatione præteritorum percipere possit: *intelligentiam* ad præsentem statum rectè cognoscendum; *docilitatem* ad capiendam ab aliis doctrinam; *soleritiam* ad media conjecturanda seu invenienda; *Ratiocinationem*, ad rerum inter se coherentiam cognoscendam; *Providentiam* ad futurorum rectam ordinationem; *Circumspectionem*, ad circumstantiarum acutam illustrationem; & *Cautionem* ad malorum, quæ bonis præferunt, sollicitam vitiationem. Resp. 3. Communiter quidem à S. Thoma & aliis Doctoribus pro partibus potentialibus Prudentiæ tres actus supradictos, scilicet, *Synesis*, & *Gnomen* assignari, sed has minime propriè potentiales partes dici, cum ad similes partes requiratur, ut diversam specie essentiam & objectum ab ea recipiant, cuius pars potentialis dicuntur, habeant; hæc autem id non habent, sed à Prudentia tantummodò tanquam incomposita à completo differant, cum sint functiones prudentiæ, adeò inadæquatè ipsa prudentia. Resp. 4. Esti plerumque eo, quo dictum est, modo dividi solet Prudentia, tamen Prudentiam Personalem propriè nomen Prudentiæ mereri, ut ipse etiam Aristoteles 6. Eth. c. 9. notatum quia is solùm prudens absolute dicitur, qui bonum proprium curat, is autem, qui alienum bonum curat, tantummodò bonus cum addito, scilicet bonus Oeconomus, Rector &c. dicatur; tum quia sola Prudentia Personalis supponit alias virtutes morales quoad bonum affectum ad eas, quod non facit gubernativa Prudentia, cum potius quis optimus esse Rex aut Paterfamilias, licet quoad bonum Personalem vitiosissimus existat. An verò hæc Prudentia Personalis sit una specialissima & speciei infimæ virtus, controversa est inter Authores, in qua S. Thomas, Vasquez, Lessius & alii apud & cum Tann. d. 3. q. 1. n. 3. affirmati tenent partem, eò quòd respectu omnium virtutum quæ sunt in nobis, Prudentia, unicus sit judicandi modus, scilicet præferre mediocritatem; & media ad finem conducentia; non tamen partem tenent etiam probabiliter Scotus, Lessius, & alii apud eundem Tann. cc. eò quòd,

virtutes morales non ſunt connexæ, ſed quævis diverſam habet objectum, & difficultatem, ita nec prudentia, quæ ſe dirigat, eadem dici debeat.

V. Q. 5. *Quomodo ſe Prudentia habeat ad alias virtutes?* Reſp. duplicem Ordinem ſeu habitudinem in Prudentia cum aliis virtutibus comparata conſiderari poſſe, naturæ ſcilicet, & dignitatis. Si prior conſideretur, tum Prudentiam quidem eſſe naturâ priorem cæteris virtutibus moralibus, quatenus hæ circa particularem materiam verſantur, quatenus ſic enim Prudentia mediocritatem tenendam illis præſcribit; non tamen perinde etiam prior eſt illis, prout in communi proprium ſuum finem & honeſtatem conſectantur, ſed eam ipſa potiùs pendet ab illis, & ſupponit eas, cum ſcilicet in particulari ſupponat rectum affectum iudicium circa idem agibile, & ut S. Thomas q. 47. a. 6. loquitur, prudentiæ officium non ſit præſtituere finem virtutibus moralibus, ſed diſponere de his, quæ ſunt ad finem. Si vero poſterior Ordo, dignitatis videlicet ſpectetur, Prudentiam eandem juxta S. Thomam l. c. a. 6. ad 3. reliquis virtutibus moralibus digniorem eſſe, eò quòd illos tum circa finem, quàm ſpecificationem actus dirigat; Theologiam tamen Virtutibus dignitate cedere, eò quòd hæ habent obiectum longè obiectum, & quoad exercitium tantum, quoad ſpecificationem dirigantur à Prudentia.

VI. Q. 6. *Quodnam ſit ſubjectum Prudentia?* Reſp. ſubjectum eſſe ipſum intellectum; remotum vero ſubjectum prudentiæ ſimpliciter perfectæ eſſe ſolos homines juſtos, cum juxta Ariſtotelem l. 6. Eth. c. 12. impoſſibile ſit prudentem eſſe eum, qui bonus non exiſtat, licet etiam peccatores poſſint bona conſilia invenire ad malum (quæ Prudentia carnalis vocatur) aut ad bonum peculiare, quod eſt totius vitæ non ſunt perfectè conſiliativi, ut dicitur Ariſtoteles, quia conſilium ad effectum non perducunt. Eſt verò Prudentia infuſa in omnibus juſtis ſeu habitibus gratiam reperiatur; acquiſita tamen & perfecta in ſenibus & viris, non autem juvenibus reperiatur, eò quòd non omniſ experimento & tempore comparetur, quæ in juvenibus non reperiuntur.

VII. Q. 7. *Quæ ſint vitia oppoſita Prudentia?* Re. 1.

Z 3

In

in genere quidem Prudentiæ Imprudentiam velut speciem
 vitium opponi, ut S. Thomas q. 53. a. docet, cujus rationem
 sunt species, quot prudentiæ sunt assignatae. Resp. ad
 speciem de vitiis prudentiæ loquendo, per defectum eorum
 opponi *Præcipitationem*, quæ est inordinata quædam resolu-
 tio in consiliando: *Inconsiderationem*, quæ est negligenti-
 a in considerandis veritatibus, ex quibus rectè esse resolu-
 endum: *Inconstantiam*, quæ est mobilitas inordinata volun-
 tatis in iis, quæ rectè judicata sunt, exequendis: *Negligenti-
 am*, quæ est omisio diligentis requisitæ in actu inchoato
 etus excitantis & dirigentis voluntatem ad bonam electio-
 nem, & potentias externas ad celerem executionem. Per
 excessum opponi Prudentiæ Prudentiam fucatam, quæ
 etsi similitudinem habeat Prudentiæ, revera tamen
 non est; cujus sex species enumerat S. Thomas, nempe *Pro-
 dentiam carnis*, quæ finem malum sibi præstituit; bonam
 cet solius corporis & carnis, propter quæ plerumque appetuntur
 alia bona externa. *Astutiam*, quæ est notitia seu in-
 ventio pravorum mediolorum ad finem cum voluntate con-
 quendi illa: *Dolum*, qui est executio astutiæ per verum
 facta ad circumveniendum ordinata: *Fraudem*, quæ est ex-
 cutio astutiæ facta per sola verba: *Sollicitudinem temporaria-
 um*, quæ est immoderata cura temporalium, & tripliciter
 contingit, nempe vel temporalia sola querendo tanquam
 finem suum, vel nimio studio ea procurando, vel immoderata
 cura de iis, quæ eventura sunt. Quibus aliquoties
 Curiositatis vitium addunt, quæ est occupatio in rebus
 inutilibus ad finem honestam nihil conducentibus.

VIII. Q. 8. *Qua media adhibenda sint ad Prudentiam comparandam?* Resp. sequentia ferè præscribitur à Doctoribus.
 Primum est *Oratio*: nam ut rectè ad veritatem saltem Prov. 16. *Cor hominis disponit viam, sed est Dominus qui diriget gressus eius.* Secundum est *vita probitas*: quia Virtutes continent inordinatos motus & impetus Passionum, qui Prudentiæ judicium corrumpere solent. Tertium est *frequens Meditatio & reflexio super suos actus*: nam ut S. Gregorius
 tuis dicere solebat, multum cohibet, & quasi vinculis quibusdam
 exuberantem naturam constringit meditatio, & comparatio animi,
 & assidua, accurataque eorum, quæ geruntur.

gaveris, dixeris, egeris, commemoratio. Quartum est
recursus ad alios: per hunc enim suppletur experientia defec-
 tus; hinc Salomon Prov. 3. dixit: *Si dilexeris audire, Sa-*
piens eris. Et clarius Eccl. 8. *Narratio seniorum non te pra-*
terit; ipsi enim didicerunt à Patribus suis, quoniam ab ipsis
 illis intellectum, & in tempore necessitatis dare responsum.
 Quintum est *Librorum lectio*; quod medium Aristoteles Ale-
 xandro suavit dicens: *Annales Patrum discute*, inde enim
 veteris exempla extrahere, quia acta praeiterita dant certum
 documentum in futuris. Hinc Rex Alphonfus interroga-
 tus, quibus Consiliariis maximè delectaretur? Libris re-
 spondit, à quibus sine metu, sine gratia, quæ nõsse cuperet,
 audiret. Sextum est *Lingua custodia*, per hanc enim fit, ut
 audire magis delectet, quàm loqui, sicque verificetur illud
 Prov. 5. *audiens sapiens sapientior erit*. Hinc idem Salo-
 mon Prov. 20. dixit: *Qui moderatur labia sua, prudentissimi-*
 mus est.

S. III.

De Justitiæ Virtute.

I. Pro meliori intelligentia hujus tituli notandum est
 Justitiæ nomen à justo & jure derivari, quia Justitia facit ju-
 stum. Dicitur autem justum, & per Syncopen jus, quod est
 æquum & commensum suæ regulæ; unde ea virtus, quæ
 facit hanc commensam rationem cum sua regulâ justitiæ di-
 citur. Quoniam verò triplex est regula, cui se conformare
 debent humanæ actiones, scilicet recta cujusvis hominis ra-
 tionis, lex Superioris, & denique bonum particulare cujusvis
 hominis. Hinc triplex quoque Justitia exurgit. Et primæ
 quidem regulæ debent omnes virtutum actiones conformari,
 unde ut sic Justitia complectitur omnes virtutes, & boni
 homines hoc sensu Justitiam à S. Scriptura, & SS. Patribus va-
 cantur. Ex secunda regula justitiæ legalis oritur, quæ qui-
 dem aliquo modo ad hanc, de qua nunc agitur, Justitiam spe-
 ctat, sed minùs propriè, ut infra dicetur. Ex tertia tandem
 regula Justitiæ particularis exurgit, de qua hoc loco sermo
 est, atque adeo.

II. Q. I. Quid de Justitiæ Virtute præcipuè sciendum

Z 4

fit 2

fit? Resp. sequentia præcipuè. 1. Quid sit. 2. Quotuplex sit. 3. Quod sit fundamentum illius. 4. Quod subiectum sit. 5. Quæ vitia illi sint opposita. 6. Quam obligationem habeant secum hæc vitia; ad quas quæstiones breviter hoc loco respondebitur; nam fusior discussio ad Theologos tam morales, quam Scholasticos pertinet.

III. Q. 2. *Quid sit iustitia?* Resp. esse virtutem realem, quæ jus suum unicuique tribuit; per jus autem in loco intelligitur actio, vel ommissio actionis præstanda, qui titulum habet ad talem actionem vel omissionem alteri tero exigendam; qui quidem titulus *jus activum*, sicut actio vel ommissio præstanda *Jus passivum* appellatur. Ex qua definitione patet objectum materiale Justitiæ non esse humanos, sed actiones ad Personam à se distinctam spectantes, formale vero objectum esse honestatem ex æqualitate inter Jus activum & passivum procurata relucens; præter hanc enim ipsa Justitia à Justitia legali, aliisque virtutibus moralibus distinguitur. Ac propter hanc æqualitatem Justitia dicitur *medium rei*, & non *medium rationis*, ut alie virtutes respiciunt; quia licet debeat in exercitio etiam intendere ipsam honestatem operantis (in qua intentione mediocras rationis consistit) hac tamen mediocritate non contenta, insuper ad mediocritatem realem ponendam tendit, dumque minus, neque plus, quam alterius jus activum recipere præstare facit.

IV. Q. 3. *Quotuplex sit iustitia?* Resp. 1. Partes subjectivas seu Species Justitiæ esse duas præcipuè, *commutativam* scilicet, & *distributivam*, quæ in hoc distinguuntur, quòd illa respiciat jus alteri debitum secundum proportionem & æqualitatem Arithmeticam, non attendendo ad qualitatem Personarum contrahentium, sed ipsius distantiam pretium; ista verò respiciat jus alteri debitum secundum proportionem & æqualitatem Geometricam, prout scilicet personarum Personarum conditio requirit. Resp. 2. Partes integrantes Justitiæ itidem duas esse, scilicet *facere bonum*, id est, jus suum alteri reddere; & *declinare à malo*, id est, à parte alterius violando positiva voluntate abstinere. Resp. 3. Partes potentiales Justitiæ duplicis generis dari; nam aliquæ vera Justitia deficiunt defectu æqualitatis vel alteritatis

ales sunt Religio, Pietas, Justitia Legalis, (seu virtus,
 eorum Patriæ seu communitati jus suum tribuit) Observantia,
 cum neque Deo, nec Patriæ, nec Parentibus, nec excellenti-
 ter hoc debentur Personis debitum cultum condignè exhibere possimus;
 Justitia verò legalis etiam defectum alteritatis habeat, eò
 quod pars communitatis propriè non sit distincta ab ipsa
 communitate. Aliæ verò deficiunt ex debiti legalis defectu
 exigere Justitiæ quia videlicet vel omnino non pariunt ob-
 sequentiam in altero, vel certè non talem, quæ ex stricto Ju-
 rone alterius oriatur, sed tantum ex decencia quâdam & hone-
 state orant. Et tales sunt Gratitude, Vindicatio, Veraci-
 tas, Affabilitas, Eutrapelia, Liberalitas, Magnificentia, &
 similes, de quibus in Theologia Ascetica aliquid insinua-
 tum est.

V. Q. 4. Quod sit fundamentum Iustitiæ? Resp. Hoc
 fundamentum non aliud esse, quàm Dominium, quod, si
 non est, definitur jus disponendi perfectè de re aliqua,
 ut lege quis prohibeatur; cujus variæ divisiones, & modi
 acquirendi apud Theologos morales videri possunt; apud
 scholasticos duæ potissimum quæstiones celebriores de hoc
 dominio moventur. Prima est, an tale Dominium duo-
 bus Dominis in eodem instanti respectu ejusdem rei in soli-
 tum competere possit; ad quam quæstionem C. Lugo & Men-
 daza quidem affirmativè; alii tamen communiùs negativè
 respondent. Altera est, an Dominium in rebus primo usu
 consumpebilibus ab ipso usu separari possit; ad quam qui-
 dam antiquiores Theologi negativè; Recentiores tamen
 communiùs affirmativè respondent, putantque ab ipsis eti-
 am Pontificibus definitam esse suam sententiam.

VI. Q. 5. Quod sit subiectum Iustitiæ? Resp. de sub-
 jecto proximo loquendo, certum esse, Justitiæ immediatè
 in voluntate tanquam proprio subiecto recipi; subiectum
 vero remotum quod attinet, breviter dici posse, omnem &
 solam naturam creatam rationalem actu existentem esse ca-
 pax hujus virtutis, cum adversus Deum nulli creature
 propriè jus strictum competere possit, uti communiter do-
 cent Theologi; alioqui enim Deus creature jus suum exi-
 genti quodammodo subiectus & obediens esse deberet, quod
 sine imperfectione admitti non potest.



VII. Q. 6. *Quæ vitia sint Injustitia opposita?* Resp. In genere Justitiæ solam Injustitiam, quæ est vitium, quo alicuius jus per veram injuriam violatur, opponi; in specie vero de subjectivis partibus Injustitiæ loquendo, Justitiæ quæ distributivæ acceptione Personarum; commutativæ commutativam læsionem sive in bonis fortunæ, sive corporis, sive animæ oppositam esse. Integralibus verò partibus omisso malum debiti, & illatio mali injusti opponi censetur; de vitio autem quæ potentialibus partibus Justitiæ opponuntur, patet Theologi morales agunt, qui videri queunt.

VIII. Q. 7. *Quæ obligatio oriatur ex vitio Injustitiæ?* Resp. Restitutionis præcipue, quæ prout est actus Justitiæ commutativæ, est rei alienæ vel in se, vel in æquivalentem redditio; prout autem ex delicto oriatur, est reparatio læsionis juris alieni; de qua obligatione pluribus Theologi morales agunt, Scholastici verò de ea sequentes potissimum quæstiones formant. 1. An sufficiat culpa venialis et delevæ advertentiæ ad obligationem restituendi damnum grave? ad quam quæstionem Vasquez quidem c. 2. de rest. q. 1. du. 1. Turrianus & alii affirmativè respondent, putantque talem non positivo duntaxat jure, sed etiam naturæ antea præsentiam Judicis obligari ad restitutionem; alii tamen communius negativam tradunt sententiam, eò quòd nemo ad majorem diligentiam adhibendam obligetur, quam quæ communiter ab hominibus ejusdem conditionis adhiberi consuevit; nec leges in contrarium citatæ aliter sint interpretatæ. 2. Quæritur, an ex sola intentione nocendi possit aliquid nociva reddi injusta, & inducens obligationem restituendi ad quam quæstionem multi apud Lugonem d. 8. n. 14. affirmativè respondent, eò quòd intentio verè possit facere, ut damnum sit voluntarium, atque adeò etiam inducens obligationem restituendi, licet Lessius c. 9. n. 143. non improbabiler contrarium doceat. 3. Quæritur, an obligatus restituere teneatur una cum re etiam fructus restituere? quales? ad quam quæstionem respondent communiter Theologi possessorem bonæ & malæ fidei teneri ad rem alicui Domino restituendam, ejusque fructus naturales, seu à cultura & industria non provenientes, si extant; aut si res ipsa vel fructus consumpti sunt, in quantum ex illis dicitur esse factum.

... abstrahere possit expensas non tantum necessarias, sed
... utiles, quas dominus erga rem suam facturus fuisset,
... mercedem proprii laboris & industriae, uti recte notant
... Sanch. & alii communiter.

§. IV.

De Fortitudinis Virtute.

I. Q. 1. Quid de Fortitudine praecipue sciendum sit?
Resp. sequentia praecipue. 1. Quid sit. 2. Quotuplex. 3.
... sicut sit actus illius praecipui. 4. Quod sit subjectum il-
... Quae vitia eidem opponantur. 6. Quibus mediis
... obtineri, de quibus nunc breviter agendum.

II. Q. 2. Quid sit Fortitudo? Resp. esse virtutem mo-
... motus animi in periculis, & difficultatibus su-
... moderatur; seu, ut alii brevius definiunt, est con-
... periculorum & laborum susceptio ac perpassio. Un-
... illius materiale proximum sunt passio timoris
... et audacia; remotum vero sunt actiones externae circa labo-
... praecipue mortis, quae omnium terribilium
... veritates. Objectum vero formale
... et honestas specialis, quae in sustinendo & aggrediendo su-
... pericula & labores reperitur; licet enim in exerci-
... Fortitudinis plerumque alterius virtutis, quam ipsa for-
... tuctur, motivum ac finis sit annexus; hi tamen fi-
... tantum extrinseci ac remoti respectu fortitudinis.

III. Q. 3. Quotuplex sit Fortitudo? Resp. 1. Cum
... juxta S. Thomam q. 118. a. unic. sit virtus in-
... speciei, hoc ipso non habere proprie partes subje-
... seu species subjectas; quia, licet versetur circa objecta
... diversa, haec tamen, cum eidem rationi formali sub-
... specificam differentiam in Fortitudinem non refun-
... Resp. 2. Pro partibus integralibus simul & potentia-
... sequentes octo Virtutes (de quibus in Theologiae A-
... Instructione actum est) videlicet Fiduciam, Ma-
... ganimitatem, Securitatem, Magnificentiam, Patientiam,
... ganimitatem, Perseverantiam, & Constantiam assi-
... quae quidem dicuntur partes integrales Fortitudinis,
... hic & nunc idem habent objectum materiale prin-
... cipale.

capitale, & quia multum faciunt, imò non raro necessarii sunt ad integrum Fortitudinis officium, potentiales vero appellatur, quia, licet similitudinem aliquam habeant cum Fortitudine, deficiunt tamen ab ea, quòd præcipue excitantur in illis materiis, quæ, sicut minus habent difficultatis, ita minorem quoque, quam ipsa Fortitudo firmamur requirunt.

IV. Q. 4. *Quinam sint præcipui actus Fortitudinis?*

Resp. in genere quidem omnes illos actus ad Fortitudinem pertinere, quibus animum adversus tristitiam, audaciam & timorem inordinatum firmamus, & easdem passiones repræsimus; in specie tamen duos præcipuos actus ejusdem Virtutis assignari, scilicet *sustinere & aggredi*; ideo namque moderamur timorem & audaciam, ut decenter sustineamus & aggrediamur. Inter hos ipsos autem duos actus ipsum sustinere specialius & præstantius est in Fortitudine, quam ipsum aggredi, ut docet Aristoteles 3. Eth. c. 9. & S. Thomas a. 6. idque ob tres rationes. 1. Quia magis plerumque laudantur, qui fortiter sistent, quam qui agunt fortiter. 2. Quia difficilius est cum fortiori pugnare, quam cum debiliore; atqui hoc facit is, qui tolerat, dum cum eo pugnat, qui ipsum aggreditur, atque adeò fortiorem se reputat, quem aggreditur. 3. Quia sustinens malum jam præsentis sentit; atqui difficilius est malum præsens, quam abscis futurum tolerare, maxime cum in simili tolerantia plerumque etiam diuturnitas temporis interveniat, quæ in aggressionibus, utpote motu repentino fieri solita ordinariè non reperitur. Atque ob has causas præstantissimus jure merito actus Fortitudinis Martyrium censeatur, quod nihil aliud est, quam voluntaria mortis propter Christum obsecutio; quod fieri solet non tantum, quando quis in obsequium Fidei, sed etiam quamcunque aliam virtutem ad Deum aliquo modo relatam mori paratus est, & actu periculis suscipit; hoc enim Christus Matt. 5. indicavit, dum dicit: *Beati, qui persecutionem patiuntur propter Iustitiam: ad Iustitiam autem (prout generalis est virtus) non solum Fortitudo, sed etiam aliz virtutes pertinent. Licet autem Martyrium præstantissimus actus caritatis censeatur (quia tantò quisque*

magis amare reputatur, quanto gratiora propter rem amaram contemnit, & acerbiora sustinet; nihil autem est carius vita, quam Martyr contemnit; & terribilius morte, quam sustinet) & propterea Laureolam Specialem à Deo promissam habeat, per hoc tamen tantum probatur, Martyrium nonquam actum imperatum spectare ad caritatem; non autem potest elicitus est, & honestatem ex firmitate animi in ipsis mortis periculis retenta oriri solitam intendit.

V. Q. 5. *Quod sit subiectum Fortitudinis?* Resp. subiectum proximum, ut constat; esse ipsam voluntatem; re-rem verò esse solam & unicam Personam rationis usu praeditam, & periculi circa bonum aliquod propter, Deum vitandum, vel malum voluntariè sustinendum capacem. Tale patet etiam Angelos in statu viæ fuisse Fortitudinis quod unum saltem alterumve Virtutis hujus actum capaces. Nec obstat, quòd Innocentes propter Christum occisi pro Martyribus habeantur, etsi non voluntariè mortem pro Christo oppetierint; nam, ut S. Thomas notat, Martyrium illud non fuit actus proprius Fortitudinis, sed per modum compen- se habuit, in quantum scilicet Christus ob meritum Martyrii sui Innocentibus illis perinde contulit palmam Martyrii, sicut parvulis baptizatis ob eadem merita in gratiam baptismalem conferre solet.

VI. Q. 6. *Quae vitia Fortitudini opponantur?* Resp. quae quidem à S. Thoma q. 125. numerari, scilicet *Timiditatem*, quae inordinatè timentur pericula mortis: *Intimiditatem*, quae est vacuitas justis timoris: & *Audaciam*, quae quis periculum aliquod aggreditur quod secundum rectam rationem, vel omnino non, vel certè non eo modo aggredi debet; verum Cajetanum ad quaest. 107. a. 2. his tribus vitiis etiam quartum, scilicet *Ignaviam* superaddere utpote quae non semper sequitur ex timore (ob quam causam S. Thomas Aristoteles, ut putat idem Cajetanus, eam inter vitia vitanda non numerabant) sed quandoque etiam ex innata timiditate animi parvitate oriatur, atque adeò merito distinctum à Timiditate vitium constituat. Et haec quidem vitia quae ipsi Fortitudini opponuntur. Loquendo verò de vitiorum potentialibus illius, Magnanimitati quidem & Magnificentiæ per excessum Praesumptio; Ambitio, & Inan-

nis gloria, per defectum autem Pusillanimitas opponitur
uti & Fiduciam & securitati per excessum nimia prudentia
per defectum verò nimia diffidentia: *Patientia* & Longu-
mitati per excessum *Impatientia*, per defectum *Infermitas*,
tas: & *Perseverantia* denique per excessum *Pertinacia*,
defectum mollities animi seu inconstantia, quæ quis fru-
mutat propositum vel tædio difficultatis, vel diuturnitate

VII. Q. 7. *Quibus mediis utendum sit ad Fortitudinis virtutem obtinendam?* Resp. sequentibus præcipue.
Ardenti desiderio: nam, ut bene advertit S. Laurentius
fin. de casto connub. c. 3. magna vincendi pars est vincendi
desiderium, hoc namque vires auget, cor attollit, debilitat
Adversarium, laborem temperat, exhilarat mentem, dirigit
nit ad gratiam, & Deo amabilem reddit. 2. *Fervore*
sione: nam, uti S. Prosper l. 3. de vit. contempl. c. 10. ait
dixit, hæc animi Fortitudo ab illo est nobis, cui cum Ise-
pheta cantamus: *Fortitudo & Laus mea Dominus, & virtus*
est mihi in salutem. 3. *Vita bona*; nec enim aliter vincimus,
inquit S. Chrysostomus ho. 6. in gen. quàm si per-
tam optimam supernum nobis auxilium conciliemus. 4.
Correptione Phantasia, quæ adversitates ut malum appropin-
duntur; nam, ut bene Epictetus c. 10. Enchir. advertit, ho-
mines non perturbantur rebus, sed iis, quas de rebus habent
opinionibus. Verbi causa: mors malum non est: aliter
enim & Socrati sic visum esset: sed opinio de morte, quæ
malam eam facit. 5. *Amore Dei*: nam fortis est, ut mens
dilectio. Cant. 8. Et, ut pius Asceta l. 2. c. 5. ait, amor
SU nobilis ad magna operanda impellit, & ad desideria
semper perfectiora excitat: onus non sentit, labores non
putat, plus affectat, quàm valet. 6. *Exemplis Sanctorum*
consideratis: si enim ille & illi potuerunt, cur nos non po-
simus cum eodem Dei adjutorio.

§. V.

De Temperantiæ Virtute.

I. Q. 1. *Quid de Temperantia Virtute præcipue sit*
adum sit? Resp. sequentia præcipue. 1. *Quid sit*. 2. *Quod sit*
implex sit. 3. *Quæ vitia eidem opponantur*. 4. *Quod sit*

estum illius. 5. Quibus mediis obtineri queat, de quibus
breuiter agendum est.

II. Q. 2. *Quid sit temperantia?* Resp. esse virtutem
moralem moderatricem earum Passionum, quæ circa dele-
ctationes corporis in usu cibi, & potus, & venereorum ver-
tatur. Unde objectum illius materiale sunt dictæ delecta-
tiones; formale verò honestas, quæ in moderatione passio-
num circa easdem delectationes relucet.

III. Q. 3. *Quotuplex sit Temperantia?* Resp. 1. Par-
tem illius subjectivas seu species, tres potissimum numerari,
scilicet *abstinentiam*, quæ delectationes circa cibum: *Sobrietatem*,
quæ delectationes circa potum: & *Castitatem*,
quæ delectationes circa Venerea moderatur. Resp. 2. Pro
partibus integralibus ipsi *Verecundiam* (quæ hoc loco sumi-
tur pro virtute inclinante ad horrorem & timorem illius tur-
pitudinis, quæ honestati Temperantiæ adversatur) & *Hone-
statem*, quæ est virtus inclinans ad amorem illius decori,
quod in operibus Temperantiæ elucet. Resp. 3. Pro par-
tibus potentialibus eidem Fortitudini assignari *Continentiam*
quæ est virtus inclinans ad firmum propositum voluntatis
inclinandi se in bono rationis contra impetus malorum pas-
sionum, maximè concupiscentiarum Venerarum, ne ab iis
voluntatem abripi se sinat) *Clementiam* (sub
quæ etiam Mansuetudo venit) quæ est virtus ad modum ra-
tionis congruum in punitione adhibendum inclinans, &
Modestiam, per quam moderatio in affectibus minorem dif-
ferentiam habentibus intelligitur, & in varias species sub-
dividitur; vel enim reprimat appetitum excellentiæ, & tunc
humilitas vocatur; vel appetitum sciendi, & tunc *Studiosi-
tatis* appellatur; vel componit motus externos in corpore, &
tunc si in seris id facit, *modestia morum*, si in ludicris, *Eu-
topia* nominatur; vel denique componit externum appa-
ratum in vestibus, suppellectili &c. & tunc *Modestia cultus*,
vel, ut alii vocant, *Simplicitas* resultat, ad quam *Paupertas*
pertinet, sicut & ad Modestiam morum *Tacurnitas* reduci
potest.

IV. Q. 4. *Quæ vitia Temperantiæ sint opposita?* Resp.
In genere quidem Intemperantiam eidem opponi; in specie
vero Continentiæ Innocentiam, Abstinentiæ Gulam, Sobri-
tatis

etati Ebrietatem, Modestiam Immodestiam, & sic de reliquis partibus Potentialibus loquendo, opponi.

V. Q. 5. *Quod sit subiectum Temperantiae?* Responsum est Proximum esse ipsam voluntatem; remotum verò omnino hominem rationis capacem, saltem respectu plerarum virtutum ad Temperantiam Spectantium, nam Clementia in Solis Superioribus potestatem puniendi habentibus reperitur.

VI. Q. 6. *Quibus mediis hac virtus obtineri possit?* Resp. sequentibus præcipue. 1. *Dissidentia* in propriis rebus, & refugio ad Deum per orationem; sic enim Salomon Sap. c. 8. indicavit, dum dixit: *Et ut scivi, quoniam non possem esse continens, nisi Deus det, & hoc ipsum erat scientia, scire, cuius esset hoc donum, adiu Dominum, & deprecatus sum.* 2. *Meliorum delectationum*, scilicet Spirituum, quæ ex Deo hauriuntur, prosecutione; nam, ut S. Augustinus l. 6. de Music. c. 11. dixit: *Mente in spiritualia suspensa, atque ibi fixa & manente, consuetudinis impetus frangitur, & paulatim repressus extinguitur.* 3. *Novissimorum operibus (& tentationibus) memorare novissima* (id est, ultimum exitum) *& in æternum non peccabis.* 4. *Generosa auctoritas*: nam hinc maximè locum habet illud pii Asceze l. 1. c. 25. *Tantum proficies (in virtute Temperantiae) quantum tibi vim intuleris.*

VII. Q. 7. *Quis fructus hauriendus sit ex hac virtutibus moralibus materia?* Resp. duplicem præcipue hauriendum esse. Primus est, ut magnificare & amare debet Theologus has virtutes; si enim Artifex amat instrumenta quibus Artem suam expeditius exercere, magnamque laborum facere potest: se miles diligenter conservat, & custodit arma, quibus contra hostes corporales se defendere poterit; quanto magis quivis homo virtutes morales, quæ sunt & optima Instrumenta ad artem quæstuosissimam, & honestissimam amandi Deum exercendam, & potentissimam adversus spirituales animæ hostes, magni æstimare; formidare, & studio conservare, & perficere debet. Secundus fructus est, ut, cum tantopere sponsæ hujus mundi studerent pulcherrimos uniones & gemmas comparare, quibus se

... Sponsoque suo se amabiliores efficere queant, tanto
... majori studio anima Christiana & per Caritatem Deo despon-
... tiora pretiosissimas has virtutum moralium gemmas deside-
... verò committat, & consecretur, quanto dignior est Sponsus, cui placere
... oleratur; & quanto præstantiores sunt gemmæ, quas quærere
... a Clementer, & verò etiam pro voto potest.

CAPUT IV.

DE VARIIS STATIBVS HO-
MINVM.

... media ad beatitudinem tanquam finem ultimum ob-
... titendum necessaria, S. Thomas ad varios Status Homi-
... nium explicandos progreditur, & quæ cui vis propria sint, sat
... explicat, quæ, licet in scholis hodie ob brevitate tem-
... poris attingantur, quia tamen impressi Authores, & præ-
... sentes S. Thomam de hac materia disputant, non
... sententur ea, quæ ibi disserunt, omnino ignoranda Sacerdo-
... Quare tria breviter hoc capite dicentur. 1. Quid & quo-
... modi sit status in genere. 2. Quid de Clericali statu præci-
... piendum sit. 3. Quid de Religioso statu sciendum sit.

ARTICULUS I.

De Statu in genere.

I. Q. 1. Quid sit status? Resp. eum nihil aliud esse,
... constantem & immobilem conditionem hominis; sic-
... eum effectum dicitur per comparisonem ad actum; &
... tate secundum ordinem Superioritatis vel inferioritatis,
... tatem consideratur secundum immobilitatem conditionis.
... tate ea, quæ facile variantur, v. g. divitiæ, paupertas, non
... continentur statum.

II. Q. 2. Quoruplex sit status? Resp. 1. In genere di-
... in Laicum & Ecclesiasticum; iste desumitur ab obligatio-
... que homines speciali ratione Deo obligantur; ille ab
... propria libertate, qui proinde dividitur in Statum Virgi-
... Viduarum, & Conjugum; sicut Ecclesiasticus quoque
... dividitur in Clericalem simpliciter, eumque vel curatum
... non curatum, & Religiosum, de quo plura a. 3. dicentur.

A a

Resp.